THOMAS CANTIMPRATENSIS
Entstehungsort unbestimmt, spätes 13. Jh.
Seite 68v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



postquam hoc lignum uite uitatis uatum
est. intellexit que sit iusticia. docens
unicuique quod suum est reddere. Reddidit
itaque homo habunde. deinceps tleo ti
morem et amorem. quem debuerat. sed
mundiciam mentis et cordis. sine qua
saluari non poterat proximo consilium
et auxilium. prout lex dei docuerat. Hec
autem totum factum est. per lignum uite be
nedictum. ut unde mors oriebatur.
inde uita resurgeret. Ipse autem spiritus
oris nostri. xpus deus fructus est, huius
orti uti. s. uirginalis. qui quam dulcis
et delectabilis. quam suauis et salubris.
sit. nouit ille plenius qui mandu
cat illum in regno celorum. Ortus
circumsepitur ut fructus suetur. s.
munitur ne donis priuetur. Muni
uit namque eam patris potencia. contra
dyabolicam uiolenciam. filii sapiencia.
contra astuciam. spiritus bonitas contra
maliciam. Unde congrue ortus con
clusus dicitur. quia ante partum. uirgo
post partum. et in partu permansit. A
tribus comendatur uirginalis.

Comendatur autem ortus iste. i.
uirtus uirginalis. a tribus uir
delicet. a securitate. a iocunditate. a fe
cunditate. De securitate incanticis.
Ortus conclusus est et c. Fuit autem con
clusus. sigillo aureo castitatis. quia
uirgo ante partum. in partu. et post partum.
Unde ezechiel. Vidi portam. et hec clausa
erat et c. Apocalipsis. Vidi portam ciuita
tis adorientem positam. et ap. no.
et ag. super eam scripta. et super muros eius
angelorum custodiam. s. custodiem
cuium eam. seruancium eam protege
tium eam. De iocunditate huius
ortus. dicitur incantica. cyprus cum

De circumsepcione orti

De iocunditate ortus

nardo. ibi est nardus cum croco. fistu
la et cynamomum cum uniuersis lig
nis libani. mirra et aloe. cum uni
uersis primis ungentis. In nardo que
est herba parua et odorifera. designatur
flagrans humilitas beate uirginis. de
qua dicitur. cum esset rex in acubitu
nardus mea dedit odorem suum.
Bernardus. hec odore suo dei filium traxit de
sinu patris eterni. in utrum uirginis. Id.
O uirginis humilitas et c. In cypro
aromatico semine candido. ex quo confi
citur regale ungentum. significatur
diuine gratie. benedictio. cum pingue
mine et pietatis. qua medetur uulneri
bus peccatorum. ut suis precibus ungantur
in regnum et sacerdocium. Iuxta illud.
Qui ungis reges et prophetas constituis.
Unde. odor ungentorum tuorum et c.
Item crocus habens aureos crines carita
tem exprimit. Ipsa enim est plena. cari
tate et dilectione. Habuit enim caritatem cre
atam. et increatam. ut diceret. ego mater
pul. d. Unde. bernardus. O mater dei et hominis
et c. In fistula que exterius aspera. et
intus dulcis est. mentis deuocio exprimitur.
sicut ipsa ait. spiritus meus super in.
dul. Optimam enim partem. in. ele
git. semper uacans dulcedine contem
placionis. Item cynamomum quod
est muri et iocundi odoris. significat
gaudium quod habuit in spiritu sancto. sicut
ipsa ait. Exultauit spiritus meus in d. s. m.
Non dixit in mundo. non in sanctitate mea
non in pulchritudine sicut mulieres
nostri temporis. sed in deo qui est gaudium
meum. gloria mea. corona mea. Item
in mirra et aloe compassio diuince pas
sionis significatur. propter amaritudinem do
loris. quam ipsius animam pertransiuit gl. do.

De nardo.

De cypro.

De croco.

De fistula.

De cynamomo

De mirra.